

rationi et Regenerationi cōferri nequit. Nam quā: *Reductio*
 uis hæc putrefacta quædam ferrugo ærugoūe sit,
 et non metallum: tamen nondum consumptum est
 in sua metallica natura; ideoq; non potest assumi ad
 declarandum ex similitudine eius, quid Renouatio
 et Restauratio sit. Cūm enim in humano genere, e: *Homo non habet*
suismodi ferrugo, et abscessus naturæ seu essentiæ *sui ferruginem in-*
non contingat, ideo reductione opus non habet. *star metallorum.*

Atqui, vt quod dicimus intelligatur, Si homo in de-
 fectu positus sit, et decrepitus: vt quasi ærugini cō-
 paretur quoad eius statum et naturam: poterit hoc *Reductio à Senio.*
 corpus ab hoc eius decrepito defectu iterum reduci
 ad suam * sanitatē, qualis scilicet ab infirmitate qua * *Iuuentutem.*
 piam ad sanitatem est reductio. Verūm de huius ge: *Reiectio alterac-*
 neris reductione, nihil hic scribendum suscepimus.

Altera autem Restauracionis et Renouationis spe- 2.
 cies haberi poterit ea, quæ fit, cum metalla, quæ cō *Metallorum reno-*
 stat ex Sale, Sulphure, et Mercurio originem duce-*uatio.*
Metallorum origo.
 re, post absolutam eorum in corpus metallicum per-
 fectionem, denuo iterum in sua tria illa prima redu-
 cuntur, vt eorum Sal, eorum Sulphur, et eoru Mer-
 curius, iterum in eadem apparent forma, in qua in
 prima generatione fuerant: totaq; metalli substan-
 tia abscedat; ita vt non ullum iam ibi sit metallum.
 Postea verò hoc quoq; possibile est, vt materia tri- 3.
Metallorum reno-
um prius.